

Text

Sigla

Super librum Ecclesiastici. Venice 1509.

V

Postilla super librum Ecclesiasticum. Basel B.V.11

B

Lectio	Bibl. vs.	Biblical lemma (V) ¹	V	B
1 ²	1:1	<i>Omnis sapientia a Domino Deo est.</i>	2 ^{ra} -3 ^{rb}	1 ^{ra} -2 ^{vb}
2	1:1-3	<i>Omnis sapientia a Deo Domino est et cum illo fuit semper et est ante aevum. Harenam maris et pluviae guttas et dies saeculi quis dinumeravit altitudinem caeli et latitudinem terrae et profundum abyssi quis dimensus est. Sapientiam Dei praecedentem omnia quis investigavit.</i>	3 ^{rb} -4 ^{rb}	2 ^{vb} -4 ^{rb}
3	1:4-5	<i>Prior omnium est sapientia et intellectus prudentiae ab aevo. Fons sapientiae verbum Dei in excelsis et ingressus illius mandata aeterna.</i>	4 ^{rb} -4 ^{vb}	4 ^{rb} -5 ^{ra}
4	1:6-7	<i>Radix sapientiae cui revelata est et astutias illius quis cognovit. Disciplina sapientiae cui revelata est et manifestata et multiplicationem ingressus illius quis intellexit.</i>	4 ^{vb} -5 ^{va}	5 ^{ra} -5 ^{vb}
5	1:8-10	<i>Unus est altissimus creator omni omnipotens rex potens et metuendus nimis sedens super thronum illius et dominans Deus. Ipse creavit illam spiritu sancto et vidit et dinumeravit et mensus est. Et effudit illam super omnia opera sua et super omnem carnem secundum datum suum et praebet illam diligentibus se.</i>	5 ^{va} -6 ^{va}	5 ^{vb} -7 ^{rb}
6	1:11-13	<i>Timor Domini gloria et gloriatio et laetitia et corona exultationis. Timor Domini delectabit cor et dabit laetitiam et gaudium in longitudine dierum. Timenti Dominum bene erit in extremis et in die defunctionis suae benedicetur.</i>	6 ^{va} -7 ^{ra}	7 ^{rb} -8 ^{ra}
7	1:14-15	<i>Dilectio Dei honorabilis sapientia. Quibus autem apparuerit in visu diligunt eam in visione et in agnitione magnalium suorum.</i>	7 ^{ra} -7 ^{vb}	8 ^{ra} -9 ^{va}
8	1:16	<i>Initium sapientiae timor Domini et cum fidelibus in vulva concreatus est et cum electis seminis creditur et cum iustis et fidelibus agnoscitur.</i>	7 ^{vb} -8 ^{rb}	9 ^{va} -10 ^{rb}
9	1:17-19	<i>Timor Domini scientiae religiositas. Religiositas custodiet et iustificabit cor iucunditatem atque gaudium dabit. Timenti Deum bene erit et in diebus consummationis illius benedicetur.</i>	8 ^{rb} -9 ^{ra}	10 ^{rb} -11 ^{rb}
10	1:20-24	<i>Plenitudo sapientiae timere Deum et plenitudo a fructibus illius. Omnem domum illius implebit a generationibus et receptacula a thesauris illius. Corona sapientiae timor Domini repollens pacem et</i>	9 ^{ra} -10 ^{rb}	11 ^{rb} -13 ^{rb}

¹ I have recorded the biblical lemma as found in V because B presents only an abbreviated form, e.g., *Omnis sapientia, etc.*

² In B the first *lectio* is listed as the prologue and the present *lectio* is listed as *lectio* 1^a. Thus, the number system is consistently off by 1 number from here until *lectio* 26 (V) below.

		<i>salutis fructum. Et vidit et dinumeravit eam utraque autem sunt dona Dei. Scientiam et intellectum prudentiae sapientia compartietur et gloriam tenentium se exaltat.</i>		
11	1:25–26	<i>Radix sapientiae timere desi et rami illius longevi. In thesauris sapientiae intellectus et scientiae religiositas execratio autem peccatoribus sapientia.</i>	10 ^{rb} –11 ^{rb}	13 ^{rb} –14 ^{vb}
12	1:27–28	<i>Timor Dei expellit peccatum. Nam qui sine timore est non poterit iustificari iracundia enim animositatis illius subversio illius est.</i>	11 ^{rb} –12 ^{ra}	14 ^{vb} –16 ^{ra}
13	1:27–32	<i>Usque in tempus sustinebit patiens et postea redditio iucunditatis. Bonus sensus usque in tempus abscondet verba illius et labia multorum enarrabunt sensum illius. In thesauris sapientiae significatio disciplinae: execratio autem peccatori cultura Dei.</i>	12 ^{ra} –12 ^{va}	16 ^{ra} –16 ^{vb}
14	1:33–35	<i>Fili, concupiscens sapientiam, serva justitiam, et Deus praebebit illam tibi. Sapientia enim et disciplina timor Domini: et quod beneplacitum est illi, fides et mansuetudo, et adimplebit thesauros illius.</i>	12 ^{va} –13 ^{rb}	16 ^{vb} –18 ^{ra}
15	1:36–37	<i>Non sis incredibilis timori Dei, et ne accesseris ad eum duplici corde. Non fueris hypocrita in conspectu hominum, et non scandalizeris in labiis tuis.</i>	13 ^{rb} –14 ^{ra}	18 ^{ra} –19 ^{ra}
16	1:38–40	<i>Attende in illis, ne forte cadas, et adducas animae tuae inhonorationem: et revelet Deus absconsa tua, et in medio synagogae elidat te: quoniam accessisti maligne ad Dominum, et cor tuum plenum est dolo et fallacia.</i>	14 ^{ra} –14 ^{va}	19 ^{ra} –20 ^{ra}
17	2:1–2	<i>Fili, accedens ad servitutum Dei ita in justitia et timore, et praepara animam tuam ad tentationem. Deprime cor tuum, et sustine: inclina aurem tuam, et suscipe verba intellectus: et ne festines in tempore obductionis.</i>	14 ^{va} –15 ^{rb}	20 ^{ra} –21 ^{rb}
18	2:3–5	<i>Sustine sustentationes Dei: conjungere Deo, et sustine, ut crescat in novissimo vita tua. Omne quod tibi applicitum fuerit accipe: et in dolore sustine, et in humilitate tua patientiam habe: quoniam in igne probatur aurum et argentum, homines vero receptibiles in camino humiliationis.</i>	15 ^{rb} –16 ^{ra}	21 ^{rb} –22 ^{rb}
19	2:6	<i>Crede Deo, et recuperabit te: et dirige viam tuam, et spera in illum: serva timorem illius, et in illo veterasce.</i>	16 ^{ra} –17 ^{va}	22 ^{rb} –23 ^{rb}
20	2:7–10	<i>Metuentes Dominum, sustinete misericordiam ejus: et non deflectatis ab illo, ne cadatis. Qui timetis Dominum, credite illi, et non evacuabitur merces vestra. Qui timetis Dominum, sperate in illum, et in oblectationem veniet vobis misericordia. Qui timetis Dominum, diligite illum, et illuminabuntur corda vestra.</i>	16 ^{va} –17 ^{ra}	23 ^{rb} –24 ^{ra}
21	2:11–13	<i>Respicite, filii, nationes hominum: et scitote quia nullus speravit in Domino et confusus est. Quis enim permansit in mandatis ejus, et derelictus est? Aut quis invocavit eum, et despexit illum? Quoniam pius et misericors est Deus, et remittet in die tribulationis peccata, et protector est omnibus exquirentibus se in</i>	17 ^{ra} –17 ^{vb}	24 ^{ra} –25 ^{rb}

		<i>veritate.</i>		
22	2:14–17	<i>Vae duplici corde, et labiis scelestis, et manibus malefacientibus, et peccatori terram ingredienti duabus viis. Vae dissolutis corde, qui non credunt Deo, et ideo non protegentur ab eo. Vae his qui perdidierunt sustinentiam, et qui dereliquerunt vias rectas, et diverterunt in vias pravas. Et quid facient cum inspicere coeperit Dominus?</i>	18 ^{ra} –18 ^{vb}	25 ^{rb} –26 ^{va}
23	2:18–20	<i>Qui timent Dominum non erunt incredibiles verbo illius: et qui diligunt illum conservabunt verbum illius. Qui timent Dominum inquired quae beneplacita sunt ei, et qui diligunt eum replebuntur lege ipsius. Qui timent Dominum praeparabunt corda sua, et in conspectu illius sanctificabunt animas suas.</i>	18 ^{vb} –19 ^{va}	26 ^{va} –27 ^{va}
24	2:21–23	<i>Qui timent Dominum custodiunt mandata eius, et patientiam habebunt usque ad inspectionem illius, dicentes: Si poenitentiam non egerimus, incidemus in manus Domini, et non in manus hominum. Secundum enim magnitudinem ipsius, sic et misericordia illius cum ipso est.</i>	19 ^{va} –20 ^{ra}	27 ^{va} –28 ^{rb}
25	3:1–3	<i>Filii sapientiae ecclesia justorum, et natio illorum obedientia et dilectio. Iudicium patris audite, filii, et sic facite, ut salvi sitis. Deus enim honoravit patrem in filiis: et iudicium matris exquirens, firmavit in filios.</i>	20 ^{ra} –21 ^{rb}	28 ^{rb} –30 ^{ra}
26 ³	3:4	<i>Qui diligit Deum exorabit pro peccatis, et continebit se ab illis, et in oratione dierum exaudietur.</i>	21 ^{rb} –22 ^{ra}	31^{ra}–32^{ra}
27	3:5–7	<i>Et sicut qui thesaurizat, ita et qui honorificat matrem suam. Qui honorat patrem suum jucundabitur in filiis, et in die orationis suae exaudietur. Qui honorat patrem suum vita vivet longiori, et qui obedit patri refrigerabit matrem.</i>	22 ^{ra} –22 ^{vb}	30 ^{ra} –31 ^{ra}
28	3:8–9	<i>Qui timet Dominum honorat parentes, et quasi dominis serviet his qui se genuerunt. In opere, et sermone, et omni patientia.</i>	22 ^{vb} –23 ^{rb}	32 ^{rb} –33 ^{ra}
29	3:10–11	<i>Honora patrem tuum, ut superveniat tibi benedictio a Deo, et benedictio illius in novissimo maneat. Benedictio patris firmat domos filiorum: maledictio autem matris eradicat fundamenta.</i>	23 ^{rb} –24 ^{ra}	33 ^{ra} –33 ^{vb}
30	3:12–13	<i>Ne glorieris in contumelia patris tui: non est enim tibi gloria sed confusio. Gloria enim hominis ex honore patris sui, et dedecus filii pater sine honore.</i>	24 ^{ra} –24 ^{vb}	33 ^{vb} –34 ^{vb}
31	3:14–15	<i>Fili, suscipe senectam patris tui, et non contristes eum in vita illius: et si defecerit sensu, veniam da, et ne spernas eum in tua virtute.</i>	24 ^{vb} –25 ^{rb}	34 ^{vb} –35 ^{vb}
32	3:16–18	<i>Eleemosyna enim patris non erit in oblivione. Nam pro peccato matris restituetur tibi bonum: et in justitia aedificabitur tibi, et in die tribulationis commemorabitur tui, et sicut in sereno glacies, solventur peccata tua. Quam malae famae est qui derelinquit patrem, et est maledictus a Deo qui</i>	25 ^{rb} –26 ^{rb}	35 ^{vb} –37 ^{rb}

³ In B *lectio* 25 was omitted initially. The scribe corrected the mistake and placed it at ff. 31^{ra}–32^{ra}.

		<i>exasperat matrem.</i>		
33	3:19–21	<i>Fili, in mansuetudine opera tua perfice, et super hominum gloriam diligeris. Quanto magnus es, humilia te in omnibus, et coram Deo inuenies gratiam: quoniam magna potentia Dei solius, et ab humilibus honoratur.</i>	26 ^{rb} –27 ^{ra}	37 ^{rb} –38 ^{va}
34	3:22–26	<i>Altiora te ne quaesieris, et fortiora te ne scrutatus fueris: sed quae praecepit tibi Deus, illa cogita semper, et in pluribus operibus ejus ne fueris curiosus. Non est enim tibi necessarium ea, quae abscondita sunt, videre oculis tuis. In supervacuis rebus noli scrutari multipliciter, et in pluribus operibus ejus non eris curiosus. Plurima enim super sensum hominum ostensa sunt tibi: multos enim supplantavit suspicio illorum, et in vanitate detinuit sensus illorum.</i>	27 ^{ra} –28 ^{rb}	38 ^{va} –40 ^{ra}
35	3:27–28	<i>Cor durum habebit male in novissimo, et qui amat periculum in illo peribit. Cor ingrediens duas vias non habebit successus, et pravus corde in illis scandalizabitur.</i>	28 ^{rb} –29 ^{ra}	40 ^{ra} –42 ^{ra}
36	3:29–30	<i>Cor nequam gravabitur in doloribus, et peccator adjiciet ad peccandum. Synagogae superbiorum non erit sanitas, frutex enim peccati eradicabitur in illis, et non intelligetur.</i>	29 ^{ra} –29 ^{va}	42 ^{ra} –43 ^{rb4}
37	3:31–32	<i>Cor sapientis intelligitur in sapientia, et auris bona audiet cum omni concupiscentia sapientiam. Sapiens cor et intelligibile abstinebit se a peccatis, et in operibus justitiae successus habebit.</i>	29 ^{va} –30 ^{rb}	43 ^{rb} –44 ^{rb}
38	3:33–34	<i>Ignem ardentem exstinguit aqua, et eleemosyna resistit peccatis: et Deus prospector est ejus qui reddit gratiam: meminit ejus in posterum, et in tempore casus sui inveniet firmamentum.</i>	30 ^{rb} –31 ^{ra}	44 ^{rb} –45 ^{vb}
39	4:1–3	<i>Fili, eleemosynam pauperis ne defraudes, et oculos tuos ne transvertas a paupere. Animam esurientem ne despexeris, et non exasperes pauperem in inopia sua. Cor inopis ne afflixeris, et non protrahas datum angustianti.</i>	31 ^{ra} –31 ^{vb}	45 ^{vb} –47 ^{ra}
40	4:4	<i>Rogationem contribulati ne abjicias, et non avertas faciem tuam ab egeno.</i>	31 ^{vb} –32 ^{va}	47 ^{ra} –48 ^{rb}
41	4:5–6	<i>Ab inope ne avertas oculos tuos propter iram: et non relinquo quaerentibus tibi retro maledicere. Maledicentis enim tibi in amaritudine animae, exaudietur deprecatio illius: exaudiet autem eum qui fecit illum.</i>	32 ^{vb} –33 ^{va}	48 ^{rb} –49 ^{va}
42	4:7	<i>Congregationi pauperum affabilem te facito: et presbytero humilia animam tuam, et magnato humilia caput tuum.</i>	33 ^{va} –34 ^{rb}	49 ^{va} –50 ^{vb}
43	4:8–11	<i>Declina pauperi sine tristitia aurem tuam, et redde debitum tuum, et responde illi pacifica in mansuetudine. Libera eum qui injuriam patitur de manu superbi, et non acide feras in anima tua. In</i>	34 ^{rb} –35 ^{va}	50 ^{vb} –52 ^{va}

⁴ In B f. 42^{rb-va} is blank. There is a change of scribes at f. 41^{ra}, however this lasts only until f. 43^{ra} where it seems to revert to the original scribe.

		<i>judicando esto pupillis misericors ut pater, et pro viro matri illorum: et eris tu velut filius altissimi obediens, et miserebitur tui magis quam mater.</i>		
44	4:12–13	<i>Sapientia filiis suis vitam inspirat: et suscipit inquirentes se, et praeibit in via justitiae. Et qui illam diligit, diligit vitam.</i>	35 ^{va} –36 ^{va}	52 ^{va} –54 ^{rb}
45	4:13–14	<i>Et qui vigilaverint ad illam complectentur placorem ejus. Qui tenuerint illam, vitam haereditabunt: et quo introibit benedicet Deus.</i>	36 ^{vb}	54 ^{rb} –54 ^{va}
46	4:15–16	<i>Qui serviunt ei obsequentes erunt sancto: et eos qui diligunt illam, diligit Deus. Qui audit illam judicabit gentes: et qui intuetur illam permanebit confidens.</i>	36 ^{vb} –37 ^{vb}	54 ^{va} –55 ^{vb}
47	4:17–18	<i>Si crediderit ei, permanebit haereditabit illam, et erunt in confirmatione creaturae illorum: quoniam in temptatione ambulat cum eo, et in primis eligit eum.</i>	37 ^{vb} –38 ^{va5}	55 ^{vb} –57 ^{rb}
48	4:19	<i>Timorem, et metum, et probationem inducet super illum: et cruciabit illum in tribulatione doctrinae suae, donec tentet eum in cogitationibus suis, et credat animae illius.</i>	38 ^{va} –39 ^{va}	57 ^{rb} –58 ^{vb}
49	4:20	<i>Et firmabit illum, et iter adducet directum ad illum, et laetificabit illum</i>	39 ^{va} –40 ^{ra}	58 ^{vb} –59 ^{vb}
50	4:21–22	<i>Et denudabit absconsa sua illi, et thesaurizabit super illum scientiam et intellectum justitiae. Si autem oberraverit, derelinquet eum, et tradet eum in manus inimici sui.</i>	40 ^{ra} –41 ^{ra}	59 ^{vb} –61 ^{ra}
51	4:23–25	<i>Fili, conserva tempus, et devita a malo. Pro anima tua ne confundaris dicere verum: est enim confusio adducens peccatum, et est confusio adducens gloriam et gratiam.</i>	41 ^{ra} –41 ^{vb}	61 ^{ra} –62 ^{rb}
52	4:26–28	<i>Ne accipias faciem adversus faciem tuam, nec adversus animam tuam mendacium. Ne reverearis proximum tuum in casu suo, nec retineas verbum in tempore salutis.</i>	41 ^{vb} –42 ^{va}	62 ^{rb} –63 ^{va}
53	4:28–29	<i>Ne abscondas sapientiam tuam in decore suo: in lingua enim sapientia dignoscitur: et sensus, et scientia, et doctrina in verbo sensati, et firmamentum in operibus justitiae.</i>	42 ^{va} –43 ^{ra}	63 ^{vb} –65 ^{ra}
54	4:30–31	<i>Non contradicas verbo veritatis ullo modo, et de mendacio ineruditionis tuae confundere. Non confundaris confiteri peccata tua, et ne subjicias te omni homini pro peccato.</i>	43 ^{ra} –44 ^{rb}	65 ^{ra} –66 ^{vb}
55	4:32–34	<i>Noli resistere contra faciem potentis, nec coneris contra ictum fulminis. Pro justitia agonizare pro anima tua, et usque ad mortem certa pro justitia: et Deus expugnabit pro te inimicos tuos. Noli citatus esse in lingua tua, et inutilis, et remissus in operibus tuis.</i>	44 ^{va} –45 ^{rb}	66 ^{vb} –68 ^{ra}
56	4:35–36	<i>Noli esse sicut leo in domo tua, evertens domesticos tuos, et opprimens subjectos tibi. Non sit porrecta manus tua ad accipiendum, et ad dandum collecta.</i>	45 ^{rb} –46 ^{ra}	68 ^{ra} –69 ^{rb}
57	5:1	<i>Noli attendere ad possessiones iniquas, et ne dixeris: est mihi sufficiens vita. Nihil enim proderit in</i>	46 ^{ra} –46 ^{va}	69 ^{rb} –70 ^{rb}

⁵ V has f. 30.

		<i>tempore vindictae et obductionis.</i>		
58	5:2–4	<i>Ne sequaris in fortitudine tua concupiscentiam cordis tui, et ne dixeris: Quomodo potui? Aut, Quis me subjiciet propter facta mea? Deus enim vindicans vindicabit. Ne dixeris: peccavi. Et quid mihi accidit triste? Altissimus enim est patiens redditor.</i>	46 ^{va} –47 ^{rb}	70 ^{rb} –71 ^{va}
59	5:5–9	<i>De propitiatu peccatorum noli esse sine metu, neque adjicias peccatum super peccatum. Et ne dicas: Miseratio Domini magna est, multitudinis peccatorum meorum miserebitur. Misericordia enim et ira ab illo cito proximant, et in peccatores respicit ira illius. Non tardes converti ad Dominum, et ne differas de die in diem: subito enim veniet ira illius, et in tempore vindictae disperdet te.</i>	47 ^{rb} –47 ^{vb}	71 ^{va} –72 ^{va}
60	5:10	<i>Noli anxius esse in divitiis injustis: non enim proderunt tibi in die obductionis et vindictae.</i>	47 ^{vb} –48 ^{ra}	72 ^{va} –73 ^{ra}
61	5:11	<i>Non ventiles te in omnem ventum, et non eas in omnem viam. Sic enim omnis peccator probatur in duplici lingua.</i>	48 ^{rb} –48 ^{va}	73 ^{ra} –73 ^{vb}
62	5:12	<i>Esto firmus in via Domini, et in veritate sensus tui et scientia: et prosequatur te verbum pacis et justitiae.</i>	48 ^{va} –49 ^{ra}	73 ^{vb} –74 ^{va}
63	5:13–15	<i>Esto mansuetus ad audiendum verbum Dei, ut intelligas, et cum sapientia proferas responsum verum. Si est tibi intellectus, responde proximo. Sin autem, sit manus tua super os tuum, ne capiaris in verbo indisciplinato, et confundaris. Honor et gloria in sermone sensati: lingua vero imprudentis subversio est ipsius.</i>	49 ^{ra} –49 ^{vb}	74 ^{va} –75 ^{vb}
64	5:15–16	<i>Non appelleris susurro in vita tua, et lingua tua ne capiaris et confundaris. Super furem enim est confusio et poenitentia, et denotatio pessima super bilinguem: susurratori autem odium, et inimicitia, et contumelia.</i>	49 ^{vb} –50 ^{rb}	75 ^{vb} –76 ^{vb}
65	5:17	<i>Justifica pusillum et magnum similiter.</i>	50 ^{rb} –50 ^{vb}	76 ^{vb} –77 ^{vb}
66	6:1	<i>Noli fieri pro amico inimicus proximo. Improperium enim et contumeliam malus haereditabit: et omnis peccator invidus et bilinguis.</i>	50 ^{vb} –51 ^{rb}	77 ^{vb} –78 ^{va}
67	6:2–3	<i>Non te extollas in cogitatione animae tuae velut taurus, ne forte elidatur virtus tua per stultitiam: et folia tua comedat, et fructus tuos perdat, et relinquantur velut lignum aridum in eremo.</i>	51 ^{rb} –51 ^{vb}	78 ^{va} –79 ^{ra}
68	6:4	<i>Anima enim nequam disperdet qui se habet, et in gaudium inimicis dat illum, et deducet in sortem impiorum.</i>	51 ^{vb} –52 ^{ra}	79 ^{ra} –79 ^{vb}
69	6:5–6	<i>Verbum dulce multiplicat amicos et mitigat inimicos, et lingua eucharis in bono homine abundat. Multi pacifici sint tibi: et consiliarius sit tibi unus de mille.</i>	52 ^{ra} –52 ^{va}	79 ^{vb} –80 ^{va}
70	6:6–10	<i>Si possides amicum, in temptatione posside eum, et ne facile credas ei te ipsum. Est enim amicus secundum tempus suum, et non permanebit in die tribulationis. Et est amicus qui convertitur ad inimicitiam, et est amicus qui odium et rixam et convitia denudabit. Est autem amicus socius mensae, et non permanebit in die necessitatis.</i>	52 ^{va} –53 ^{ra}	80 ^{va} –81 ^{rb}

71	6:11	<i>Amicus si permanserit fixus, erit tibi quasi coaequalis, et in domesticis tuis fiducialiter aget.</i>	53 ^{ra} –53 ^{va}	81 ^{rb} –82 ^{ra}
72	6:12–13	<i>Si humiliaverit se contra te, et a facie tua absconderit se, unanimem habebis amicitiam bonam. Ab inimicis tuis separare, et ab amicis tuis attende.</i>	53 ^{va} –54 ^{rb}	82 ^{ra} –82 ^{vb}
73	6:14–15	<i>Amicus fidelis protectio fortis: qui autem invenit illum, invenit thesaurum. Amico fideli nulla est comparatio, et non est digna ponderatio auri et argenti contra bonitatem fidei illius.</i>	54 ^{rb} –54 ^{vb}	82 ^{vb} –83 ^{va}
74	6:16–17	<i>Amicus fidelis medicamentum vitae et immortalitatis: et qui metuunt Dominum, invenient illum. Qui timet Deum aequae habebit amicitiam bonam, quoniam secundum illum erit amicus illius.</i>	54 ^{vb} –55 ^{va}	83 ^{va} –84 ^{vb}
75	6:18–20	<i>Fili, a juventute tua excipe doctrinam, et usque ad canos invenies sapientiam. Quasi is qui arat et seminat accede ad eam, et sustine bonos fructus illius. In opere enim ipsius exiguum laborabis, et cito edes de generationibus illius.</i>	55 ^{va} –56 ^{ra}	84 ^{vb} –85 ^{va}
76	6:21–23	<i>Quam aspera est nimium sapientia indoctis hominibus, et non permanebit in illa excors. Quasi lapidis virtus probatio erit in illis: et non demorabuntur projicere illam. Sapientia enim doctrinae secundum nomen est ejus, et non est multis manifestata: quibus autem cognitum est, permanet usque ad conspectum Dei.</i>	56 ^{ra} –56 ^{rb}	85 ^{va} –86 ^{vb}
77	6:24–26	<i>Audi, fili, et accipe consilium intellectus, et ne abjicias consilium meum. Injice pedem tuum in compedes illius, et in torques illius collum tuum. Subjice humerum tuum, et porta illam, et ne acedieris vinculis ejus.</i>	56 ^{rb} –57 ^{ra}	86 ^{vb} –88 ^{ra}
78	6:27–28	<i>In omni animo tuo accede ad illam, et in omni virtute tua conserva vias ejus. Investiga eam, et manifestabitur tibi: et continens factus, ne derelinquas eam.</i>	57 ^{ra} –57 ^{va}	88 ^{ra} –89 ^{ra}
79	6:29–30	<i>In novissimis enim invenies requiem in ea, et convertetur tibi in oblectationem. Et erunt tibi compedes ejus in protectionem fortitudinis et bases virtutis, et torques illius in stolam gloriae.</i>	57 ^{va} –58 ^{ra}	89 ^{ra} –89 ^{vb}
80	6:31–32	<i>Decor enim vitae est in illa, et vincula illius alligatura salutaris. Stolam gloriae indues eam, et coronam gratulationis impones tibi.</i>	58 ^{ra} –58 ^{va}	89 ^{vb} –90 ^{vb}
81	6:33–34	<i>Fili, si attenderis mihi, discas eam, et si accomodaveris animum tuum, sapiens eris. Si inclinaveris aurem tuam, excipies doctrinam: et si dilexeris audire, sapiens eris.</i>	58 ^{va} –58 ^{vb}	90 ^{vb} –91 ^{va}
82	6:35–36	<i>In multitudine presbyterorum prudentium sta, et sapientiae illorum ex corde conjungere, ut omnem narrationem Dei possis audire. Et proverbia laudis non effugiant te. Et si videris sensatum, evigila ad eum, et gradus ostiorum eius exterat pes tuus.</i>	58 ^{vb} –59 ^{rb}	91 ^{va} –92 ^{rb}
83	6:37	<i>Cogitatum habe in praeceptis Dei, et in mandatis illius maxime assiduus esto: et ipse dabit tibi cor, et concupiscentia sapientiae dabitur tibi.</i>	59 ^{rb} –60 ^{ra}	92 ^{rb} –93 ^{va}
84	7:1–3	<i>Noli facere mala, et non te apprehendent, discede ab iniquo, et deficient mala abs te. Fili, non semines</i>	60 ^{ra} –60 ^{va}	93 ^{va} –94 ^{va}

		<i>mala in sulcis iniustitiae, et non metes ea in septuplum.</i>		
85	7:4	<i>Noli quaerere ab homine ducatum neque a rege cathedram honoris.</i>	60 ^{va} –61 ^{ra}	94 ^{va} –95 ^{ra}
86	7:5	<i>Non te iustifices ante Deum quoniam agnitor cordis ipse est et penes regem noli velle videri sapiens.</i>	61 ^{ra} –61 ^{rb}	95 ^{ra} –96 ^{ra}
87	7:6	<i>Noli quaerere fieri iudex nisi valeas virtute inrumpere iniquitates ne forte extimescas faciem potentis et ponas scandalum in agilitate tua.</i>	61 ^{rb} –62 ^{ra}	96 ^{ra} –97 ^{ra}
88	7:7–8	<i>Non pecces in multitudinem civitatis nec te inmittas in populum. Neque alliges duplicia peccata non enim in uno eris immunis.</i>	62 ^{ra} –62 ^{vb}	97 ^{ra} –98 ^{rb}
		<i>Tabula alphabetica</i>		99 ^{ra} –102 ^{va}